

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

39.
44

GRATVLATIO ECCLESIAE,
CLARISSIMO
VIRO, DOMINO SIMONI GEDICCO, THEOLO-

giae Licenciato, die 19 Octobris,
Anni 1592, Lipsiae Doctoris
insignia adepti,
Scripta à

M. Andrea Mollero, Pastore Brun-
suicensi Vtricano.



VVITEBERGÆ,

Typis exscriptit M. Georgius Mollerus.

ANNO M. D. XCII.

EXTRACTUM
CLARISSIMO
VINO BOVICUM
MONTIS S. ANTONII

UUTTEBERG

Typograph M. Georgius Moller

ANNO M. D. XCII





LL A ego, qua facti reminiscor
secula mundi

Omnia, supremum qua sum
mansura sub aevum;

Rugis plena quidem, at caelo
venerabilis ipsi,

Quam Christus sociam votis ardentibus unam
Poscit in amplexus, sine qua nil dulce tot inter
Diuitias alta regnator possidet aula;
O quoties annis, quoties, hei, tabida curis,
Coniugis haec vota ad patrem, & suspiria fudi?
Deseror infelix, caeli regina, supremi
Compos facta tori, & Christi dulcissima coniux:
Passa satis pridem fata horreo plura deinceps
Mox collapsuri seclis peioribus orbis.
Aspice continua serie, paruo tot alumnos
Tempore nutrici raptos mihi, fulcra potenti
Qui dextra tenuere domus nutantis: At o iam
In vastum ruitura chaos, pater almae, theatra
Aspice, qua rexi mater satis anxia dudum,
Extremi qua iam tueor vix tempore mundi.
Nondum ego Kemnitium, non, quos fera parca coenos
Huic simul occidit, capita o carissima, nondum

A 2

Eluxi

Eluxi misera: antiquos nova bella per hostes
En mihi; Cingliadas en passim plura minantes
Exiliis necdum saturos, non clade meorum.
Da veniam nil poscenti nisi debita nate.
Rumpe moras: misce flammis opera omnia: terra
Ardeat hinc: terra circumsonus ardeat istinc
Pontus: Et ipse suis arctans complexibus ether
Cetera flammanti ruat, Et premat omnia nube.
Vndiq; fumantem tuba personet horrida molem.
Lugeat impietas studijs mihi sepe, meisq;
Aduersata malis: versa vice libera plaudam,
Optato quando illa dies illuxerit ortu,
Vtraq; perpetuo qua diuellamur hiatu;
Qua Christus locet agnatos in sedibus artus
Contiguus; canos nunq; pereunte iuuenta
Mutet: opes olim partas ostendat, Et harum
In patria heredem fixam me nuncupet aula.
Sic tandem indigno siccabo natantia fletu.
Lumina, sic curis trepidantia corda quiescent.
O quoties votis mihi pulsabatur olympus:
Talibus exitij aspectu presentis anhele?
At modo depulsa mihi nube serenior aura
Aspirat, tremulos artus Et pectora mulcens,
Cum te, consimilesq; tui in statione, Gedicce,
Aspicio

Aspicio tali (nec spes me longa fefellit)
Eminus unde lupos in ouilia sancta ruentes
Cernere, & armata depellere comminus hasta
Auxilio possis, cuius sunt pascua, Christi.
O quot ego hoc genitrix optavi sedula votis
Cum tibi, cum sociis olim, puerilibus annis,
Oscula figebam, immulgens post oscula tenellis
Vbera cœlesti semper turgentia lacte. (mnes
Tu mihi redde vicem, & partes circumspice in o-
Unde mihi hostiles possint insurgere motus.
Juraſti hoc summi scandens ad culmen honoris:
Nec tibi jurato deerit meus ille, marito
Qui sibi me junxit, junctamq; tuebitur idem.
Dissidiis illic videri exultare meorum
Ausonij quotquot venerantur numina patris,
Cingliades hic sacra legit, velut ore proteruo
Immundi sœuere sœs jactare maniplos,
More suo turpi fœdantes omnia rostro.
Alternis odiis dare mutua vulnera norunt;
Vna petor sannis, petor ensibus una duorum:
Huc ades ergo mihi, ceu maximus ille solebat,
Ad cuius jam nunc etiam sibi facta gemiscunt
Vulnera Romulida, & patre post generata furente
Carlstadio soboles, heros ceu maximus, inquam,

A 3 Lutherus




Lutherus, quo se cælis attollit alumno
Saxonis ad septem regio populosa triones,
Et sedes mihi nota, meisq; habitata colonis
Jam septem decies annos, procul inde Baalis
Ausonij pulsus cultoribus: Angelus olim
Captiuo ut vati Chaldais rettulit oris,
Quem Pauli sequitur prisco vox consona vati.
Ocia parua quidem, fateor, sperare licebit:
Ut prius, indignans porro fremet orbis, abysso
Sulphurea serpens caput horridus efferet, arcis
Incola siderea quondam, nunc hostis olympi,
Undiq; nunc in me flammis armatus, & ira.
Anxius haud trepida: media inter tela, facesq;
Defensum dabit ille, suus cui militat ether:
Qui me seruauit primi à fundamine mundi,
Qui canos porro, & tremulos non deseret artus.
Instat meta mali: Nec enim procul auguror esse
Ocia post exantlatos aterna labores:
Interea tu nil curis, nil parce labori.

Hac ego spe mea damna leuo: Si feceris idem,
Communes gemitus communia, docte Gedicce,
Premia pensabunt: nec me spem fallere fas est:
Vota secundabit pia, qui iurauit amores,
Participesq; boni statuit, quod sanguine fuso
Merca-

*Mercatus quondam, nunc possidet ipse sequester.
Si solare tuos, mihi care Gedicce, labores,
Nil ratus atheria mecum tibi de fore sortis.*

FINIS





Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808




nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





39.
44

GRATVLATIO ECCLESIAE,
CLARISSIMO
VIRO, DOMINO SIMONI GEDICCO, THEOLOGIAE
Licenciato, die 19 Octobris,
Anni 1592, Lipsiæ Doctoris
insignia adepto,
Scripta à
M. Andrea Mollero, Pastore Brunsvicensi Vtricano.

VVITEBERGÆ,
Typis exscripsit M. Georgius Mollerus.
ANNO M. D. XCII.

